

*melio & Mart. Piello utrique Medico per Theophil. de Pega A. 618. Hanov. excus. De Zwinglio (viro, juxta Petr. Mart. T. II. & T. III. L. passim, sanctissimo, meritissimo, gravissimo) quod profertur, notū esse puto, eum sc. ob somnium doctrinam Cænæ labefaciāsse, mediante Spiritu, qui an albus an ater fuerit, ipsemet ignoravit. vid. de hoc Solidam refut. compilat. Cingl. & Calvin. Doctōr. Wirtemberg c. 7 p. 363 D. Meisn. Prob. Im. Calv. relig. c. 3. p. 502. seqq. Ob easdem revelationes nocturnas idem dogma Carolstad in l. Basilea A. 524. ed. urfit. Unde Calvinianos aliās caelestes Prophetas, Suermeros, seu fanaticos appellari testatur D. Mentz. Diss. I. AntiCroc. pro A. C. §. 12. p. 7. Quomodo enim modo Swenckfeldiano verbo DEI conversionis efficaciam adimant, immediatamq; motionem extra DEI verbum urgeant, patet è Syn. Dordr. In Judic. provincial. p. 229. 242. 266. 306. Judic. exter. p. 192. & nimis impertinenter nostris Ecclesiis Swenckfeldianismus à Th. Beza Vol. 2, f. 275. adscribitur Rectius id D. Heilbrunn. (utut Marco Beumlero in fund. demonstr. p. 319. hoc non sit ad palatum) Calvinianis adscribit apud Dn. D. Dorscheum in confid. declar. d. Cæna contr. Zwinger. Prof Basileens §. 16 p. 18.*

§. 7. Viam aperiunt Calvin. Anabaptistis, quorum autor traditur Thomas Müntzer seu Monetarius, qui docuit Scripturis non esse fidendum, sed superaddendas esse revelationes, fundamenti loco subternens V. & N. T. ἀναλογία, quòd sicut DEUS vi suæ potentiae & benevolentiae præter Scripturam exhibuerit revelationes, ita vi & potentiae & benevolentiae in N. T. exhibeat, unde peculiaris secta postmodum orta, quæ dicta Müntzerica, uti D. Himmel. Memor. Bibl p 345. ostendit, de quâ Gabr. Prateol. in Elench. heret. l. XI n. 40. p. 342. 343. Narrat Antonius Corvinus se ex Rege Monasteriensi audivisse, quod non nemo dixerit. Spiritum sibi testari omnia scripta V. & N. T. esse relinquenda, & tantum esse sequendas cordis cogitationes & revelationes, quapropter & Thomas m. d. ore blasphemio se cacare dixit in eum DEUM, cum quo non posset coram loqui ut Abrah. Mos. cum DEO locuti essent. Quid A. M. D. XXX. pelio quidam Augustinus Weber de revelationibus senserit, ex Urbano Regio in l. d. restit. regni patere puto. Ita & Calviniani Scripturæ fidei nolunt, non tantum revelationes sequendo (quod de quibus-

B

dam